



# Disputatio de religione Christiana,

<https://hdl.handle.net/1874/428354>

3

# Disputatio

DE RELIGIONE CHRISTIANA,

QUAM

Deo iuvante,

## S V B P R A E S I

## DIO REVERENDI ET CLARIS-

SIMI VIRI D. IACOBI ANDREÆ S. SAN-

ctæ Theologiæ Doctoris & Professoris celeberrimi,

Ecclesiæ Tubingensis Præpositi, & Academia Cancell-

larij dignissimi, præceptoris ac patroni sui fidelissi-

mi, 30. & 31. Dec. horis & loco solitis, pu-

blicè defendendam su-

scipiet.

M. VITVS MULLERVS LIN-

guarum Professor.



TUBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium,

M. D. LXXXVI.

STVDIOSÆ IUVEN-  
tuti in Academia Tubingensi.

IACOBVS ANDREAE D. S.

**C**um in ferijs hisce Natalitjs Domini & Salvatoris nostri  
Iesu Christi, omnibus omnium professionum studiosis  
à lectionibus publicis audiendis vacare liceat, visum est, ali-  
quot dies exercitio tribuere, quo præcipua Religionis & Do-  
ctrinæ Christianæ capita publica Disputatione discutiantur.  
Ad eas adolescentes veræ pietatis studiosos, frequentes affutu-  
ros cum minimè dubitemus, breuitati simul & perspicuitati  
expediendis & soluendis argumentis ita studebimus, ut  
quam plurimis opponendi locus esse possit, & conscientia, si  
quæ in quibusdam capitibus inuoluta & captiue detinentur,  
veritatis Doctrinæ cœlestis explicatione perspicua errorum  
vinculis liberentur. Bene & feliciter valete.

# MAIORVM AN-

# TIQVISSIMORVM FORTITVDI-

NE HEROICA, ET SPLENDORE NOBILIS-

*simo: pietate, virtute, eruditione, praestantissimo, Viro: Domi-*  
*no LEOPOLDO CAROLO à Stein in Bübel,*

*Domino suo S.*



Inter alia infinita, quæ in nos miseros mor-  
tales, Deus clementissimus pro misericor-  
dia sua incredibili cõfert beneficia, nõ po-  
stremum est: quòd afflictæ suæ Ecclesiæ hoc  
tristissimo ac deploratissimo seculo pios Magistratus  
largitur: qui veræ Religionis curam, suscipiant, eamq;  
contra hostes innumeros incorruptam conseruare stu-  
deât. Cùm enim in hac desira & senescente mundi se-  
necta Diabolus, spiritus fornicationum, mirũ in mo-  
dum sæuiat: cœlumq; terræ miscere studeat: impellens,  
Hæreticos, Ecclesiæ Dei inimicos, vt quibuscunq; mo-  
dis fieri potest, membra Christi veneno falsæ doctrinæ  
inficiant: plurimùm sanè conferunt, qui illas spiritua-  
les pestes perniciosissimas à corpore Ecclesiæ & mem-  
bris eius depellunt, & quàm diutissimè saluam & incol-  
lumem conseruare conātur. In illorum numero cùm  
& tu sis, Vir nobilissime, qui nõ modò veram Religio-  
nem es amplexus: verùm etiam in omnes rationes in-  
tentus, vt illam in Ecclesia tua retinere, & ad posterita-  
tem quàm fidelissimè propagare possis: præsentem  
hanc Disputationem, quam de sententia clarissimorũ  
quorundam virorum, Ecclesiæ luminum, in me rece-  
pi, tibi inscribere, ac dedicare volui.

Cuius mei consilij rationes plurimæ sunt: inprimis  
verò, vt pro beneficijs maximis, collatis in me per bi-  
ennium ferè, quo concionatus sum in Bühel, cum vi-  
cem meritis reddere non valeam, gratum animum sal-  
tem declarem: & maculam Ecclesiæ tuæ falsò iniustam  
abstergam. Cum enim hactenus nonnulli dicere non  
erubuerint, Bühelenses, vt medio loco inter Luthera-  
nos & Pontificios constituti sunt: ita & mixtam ex  
vtraq; parte Religionem profiteri: meam fidem omni-  
bus testatam facere, hacq; Disputatione, in qua omnes  
Articuli, qui nostro tempore in controuersiam vocan-  
tur, comprehensi, Ecclesiam à calumnia, quantum po-  
tui, liberare conatus sum: vt scires, quænam, te absen-  
te, cum Reuerendo viro D. M. Matthia Cauto Pasto-  
re Kilchbergense, optimè de me & Ecclesia merito,  
subditis tuis, in summis angustijs & discriminibus, cum  
vitæ corporalis, tum æternæ animæ salutis propter pe-  
stem sæuissimè grassantem, constitutis, publicè pro  
concionibus, & priuatim ægrotantibus, proposuerim.  
Quæ quomodo Pontificio dogmati consonēt, æquus  
lector intelligere facilè poterit. Aeternum Deum oro,  
vt in agnita veritate te cum tota familia ad finem vitæ  
vsq; clementer conseruet ac tueatur.

E. T.

*reuerenter colens*

*Vitus Mullerus.*

I.

# DE RELIGIONE CHRIS- tiana Disputatio.

P O S I T I O   P R I M A .



OMO, CREATVRARVM OMNIVM NOBI-  
lissima, conditus est, vt Creatorem suum agnosceret:  
agnitum, & in hac vita caduca vera pietate, ac morum  
sanctimonia coleret: & in illa beata perpetuo celebraret.

Gen. 2.  
Ioan. 17.  
Agor. 17.  
Deut. 6.  
1. Tim. 4.  
1. Ioan. 1.  
Psal. 1. 119.  
128.

beatam vitam transigit.

3. Vita autem beata duplici potissimum ratione consideratur: altera,  
qualis fuit ante lapsum: altera vero post hanc diariam, ac momentaneam  
credentibus expectanda.

Gen. 2.3.  
Rom. 6.  
1. Tim. 6.  
1. Ioan. 2.

4. Conditus enim fuit initio ad Dei imaginem, in vera sanctitate &  
omnium virium obedientia, cognoscens Deum ratione essentia & volun-  
tatis, vt illa, qua acie mentis perspexit, & voluerit & potuerit: libertate  
virium praeclaret.

Ephes. 4.  
Syr. 17.

5. Summa ergo dignitas & perfectio primi à Deo creati hominis, ab-  
soluta omnibus numeris omnium rerum cognitio: Voluntas ad omne bonum  
Promptissima: obedientia omnium virium spontanea: quibus in rebus  
omnibus ad felicitatem ipsi nihil deesse potuit.

Gen. 2.3.

6. In illa autem integritate & perfectione homo, mundi dominus non  
perstitit: verum dolis ac fraudibus Mali illius circumuentus, corporalium  
& aeternarum poenarum reus factus est.

Gen. 3.

7. Liberrima enim voluntate à mandatis Domini deflexit: mendacis  
Diaboli, quam saluberrimis Dei admonitionibus potiore fidem adhi-  
bens: id quod et ipsi & omni eius posteritati exitium ac exilium temporale  
ac aeternum attulit: cuius mali nos singulis momentis cum caeteris totius  
vniuersi mortalibus, poenas tristissimas luimus.

Syr. 15.  
Eccl. 7.  
Gen. 5.  
Ioan. 3.  
Syr. 40.  
Iob. 7. 14.  
Psal. 90.

8. Amissa namque imagine Dei omnium pulcherrima: laruam Diabo-  
li induit: omnium rerum diuinarum ignarus ac iniustus redditus: ita, vt cordis  
humani segmentum tantummodo malum sit à pueritia: in mente caecitas,  
ac tenebrae: in voluntate inobedientia, & reliquis viribus contumacia.

Gen. 3. 5.  
1. Co. 1. 2. 3.  
Ioan. 3.  
Gen. 6. 8.  
Ephes. 4. 5.  
1. Co. 2.

Eccle. 1

9. Dicitur non potest, quanta hinc sit orta verum omnium perturbatio, quanta ignorantia, quanta tenebra: quibus & Protoplastis, & vniuersam cum illis posteritatem inuoluit Cadodemon ille, captiosis suis fraudibus ac dolis ad perditionem & perniciem nostram vsus.

10. Hallucinatur ergo Pelagiani, Scholastici, ac Monachi, dicentes: In-  
stitiam originalem, in qua primus homo creatus, fuisse tantum ornatum  
quendam: ideoq; post amissam imaginem illam Dei naturalia mansisse  
integra: quoad proprietates, qualitates & vires humane nature attinet.

11. Hinc affirmant: hominem suis viribus, quas adhuc habet reliquas,  
Legem Dei posse implere, imò etiã supererogare: Deum super omnia dili-  
gere: rationem deprecari ad optima: ex dictamine rationis posse eli-  
gere & facere bonum: hominis voluntatem ex paris naturalibus posse se  
disponere faciendo, quod in se est, ad susceptionem gratiæ: vnde & meri-  
tum congrui ac condigni.

12. Errant quoq; Synergista: asserentes, in homine aliquid virium  
reliquum, nec omnia esse corrupta, aut hominem ad spiritalia mortu-  
um: sed ex se hominem consentire posse.

Aug. de hz-  
resib.Aug. Ep. 28.  
Tom. 2Coafes. Or  
thod. f. 326.  
330. 333. Itẽ  
in Epist. de-  
dic. a. 7. b. 3.

13. Manichæi, in contraria sunt opinione: peccatum originis non li-  
bero arbitrio, sed substantia tribuentes: peccata esse necessitatis. Ipsam  
enim boni Dei substantiam, animam scilicet, ex parte, que capta est, cor-  
ruptam esse, & ad peccandi necessitatem perductam: ipsum vero pecca-  
tum substantiam esse contrariam, & separatam subsistere posse. Flacius  
autem peccatum originis nihil inherens in natura hominis post lapsum:  
sed ipsam substantiam hominis esse censuit, aded, vt in non regeneratis  
nullum discrimen sit inter hominem et peccatum Originis admittendum:  
sed absq; vllò discrimine hominem ipsum, hoc est, substantiam, naturam  
& essentiam eius, peccatum originis esse.

Rom. 7

14. His repugnat D. Apostolus: substantiam hominis, & peccatum,  
inherens eidem, diligentissime distinguens. Non ego, inquit, operor il-  
lud: sed quod in me habitat peccatum: video aliam legem in membris  
meis, repugnantem legi mentis meæ: non habitat in me, hoc est in carne  
mea bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non in-  
uenio. Inuenio ergò legem, volenti mihi facere bonum: quoniam ma-  
lum mihi adiacet.

Aug. de nat.  
& grat. c. 2.

15. Et ita peccata, à quibus Euangelium dicit saluum faciendum po-  
pulum Christi, substantia non sunt: & spirituales homines distinguere  
debent

debet inter peccatum Originale & creaturam. Mansit in natura corrupta generatio: sed accessit illud Diaboli venenum, pruritus carnis ac feda libido: qua in natura integra accidere: Et ita nos separare debemus cum Mose vitia, qua peccatum Originis attulit in creatione & operibus Dei.

D. Luth. in  
Gen. cap. 4  
Ibid.  
Ibi. in ca. 21

16. Ex cecitate autem, mentis & voluntatis contumacia tanquam exscaturigine, promanant ac profluunt omnis generis mala: Concupiscentia, horribilis omnium virium totius hominis & τὰ ἕξτα, qua Legi Dei maximè aduersantur, appetens: respuens illa omnia, qua in ipsa precepta ac mandata sunt.

Matth. 15  
Gal. 5  
Rom. 8

17. Hinc Paulus ad Romanos scribens, per vnus hominis inobedientiam peccatum in mundum intrasse, dicit.

Rom. 6

18. Peccati autem stipendium ac merces cum sit mors: & illa cum ceteris malis corporalibus ac aternis secuta: qua ex aequo omnes, cum in Adam omnes peccauerint, inuadunt.

Rom. 5.6

19. Hoc modo cum à veris salutis aeterna rationibus omnes homines desisterent: lege opus fuit: qua non à Deo malo, vt Manichaei delirant: sed à Deo nostro Optimo Maximo profecta: vt scirent homines, quid Deus ab ipsis requireret, quid prohiberet.

Psal. 14  
Rom. 3  
Gal. 3  
Ezech. 20

20. Hinc etiam errare patet Antinomus: qui docent, Christianis lege Dei opus non esse: cum per Spiritum sanctum renati sint: id quod in resurrectione regenerationis perfecta locum habet.

21. Legem illam, vt ad posteritatem fidelius propagaretur, conscribi voluit Deus: à quo autore, illa scriptura, sacra dicta: in qua, quia Canonica & certissima, continentur omnia illa aperte & dilucidè, qua ad salutem aeternam nobis sufficiunt,

Deut. 6. 12.  
17. 31  
2. Pet. 1  
2. Sam. 23  
Gal. 6  
Psal. 19. 119

22. Hinc Apostolus dicit, quod non subterfugerit, quod minus omne Dei Consilium suis annunciauerit: quod omne demde secundum Irenaeum per voluntatem Dei in scriptis nobis tradiderunt Apostoli, fundamentum, & columnam fidei nostrae.

Ioan. 20  
Actor. 20  
Iren. 1. 3. c. 1

23. Errant ergo Papista, qui sacram Scripturam dubiam, obscuram, imperfectam esse vociferantur, venditant es traditiones Apostolicas, quas scriptura sacra planiores, pleniores, certiores, adeoq; firmissimum fidei fundamentum esse predicant.

In Genl. Ies  
Col.  
In opere  
cat. cau.



De Eccl. hic 24. Hinc Pighius dicit, Apostolos quadam conscripsisse, non, ut illa  
Iar. l. i. c. 2. scripta praesent fidei & religioni nostra: sed ut subessent potius. Ac tan-  
dem concludit, Ecclesia auctoritatem non solum non inferiorem, non so-  
lum parem: sed quodammodo & superiorem & notiozem esse auctori-  
te sacra. S. siquidem Ecclesia praecipuis scripturis impertita est Canoni-  
cam auctoritatem: quam nec ex se, nec ex auctoribus suis habeant.

Ibid. cap. 4 25. Et in re dubia, aut quacunq; excitata controuersia, ad fidem cer-  
titudinemq; faciendam magis idoneam & efficaciorz esse Ecclesiastica  
traditionis auctoritatem: quam ipsas scripturas: cum clarior, magis  
aperta, & planè inflexibilis sit traditio: cum contra scriptura obscuras  
& in diuersas sententias trahi possit.

2. Cor. 4 26. Nos verò cum Apostolo dicimus: Quòd si Euang<sup>l</sup>ium nostrum  
opertum est, in his, qui pereunt, opertum est, in quibus Deus huius secu-  
li excacauit mentes infidelium, ne fulgeat illis illuminatio Euangely glo-  
ria Christi.

Aug. contra 27. Afferimus cum Aug. ad examen non stateras dolosas, vbi appendi-  
Donat. lib. mus, quod volumus, & quomodo volumus, pro arbitrio nostro dicetes: hoc  
2. cap. 6 graue est, hoc leue: sed afferimus diuinam stateram de scripturis sanctis  
tanquam de thesauris Dominicis: & in illa, quid sit grauius appendimus,  
imò non appendimus: sed à Domino appensa recognoscimus.

Aug. contra 28. Anathema enim secundum eundem, qui vel de Christo & Eccle-  
lite. Petil. l. sia: vel de ijs, quæ ad fidem, vitamq; nostram, aliud, quàm quod in scri-  
3. cap. 6 pturis legalibus & Euangelicis accepimus, annunciant.

Pfal. 51 29. Caterum cum homines in peccatis concepti ac nati, legi Dei mi-  
Iob. 14 nimè possent satisfacere: sed subinde omnis generis sceleribus sese pollue-  
Rom. i. 2. 3 rent: facientes, quæ omittenda: omittentes, quæ facienda: Lex verò ni-  
Gal. 3 hilominus obedientiam Deo debitam, & quidem perfectissimam, quod  
Deu. 27. 28 ad cogitationes, & actiones, requireret: ne genus humanum in aeternum  
Gal. 3 periret: Deus, misericordia pater, aliam rationem adinuenit.

Ephes. 1. 30. Nam pro paterna sua & inexhausta clementia ac bonitate, ante  
Ioan. 3. 5. 6. seculi fundamenta in filio saluandos, elegit: cum hominem peccare vide-  
Rom. 8. ret: ut iam cerdò, qui credit, dicere possit: se in libro viuentium, & ele-  
ctum esse.

Syr. 15 31. Qua doctrina nulla damnationis culpa, hominum improborum,  
Matth. 11 in Deum transferri potest: cum omnes pariter vocet in filio suo: quem, à  
Ioan. 1. 3 Patre missum, cum homines increduli recipere nolint: Deo profecto hoc  
Of. 13 imputari non potest.  
Eze. 18. 33

32. Errant ergo, qui dicunt: Deum ad exitium aeternum nonnullos condidisse, quos saluos fieri nolit. Beza in 9. c. ad Rom.

33. Non solum autem eligit ac vocat: sed vocatos quoque conseruat: ita, vt ne capillus de capite, sine Patris celestis voluntate, decidat. Rom. 8  
Matth. 10

34. Nemo, inquit Christus in Ioanne, oues meas rapiet e manu mea. Et Apostolus: Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Ioan. 10  
2. Tim. 1

35. Delirant ergo Epicuræi: negantes Deum curare res humanas: & Stoici: asserentes, ipsum causis secundis alligatum. Thr. Jer. 8  
Ioan. 5.

36. Nec visione sua Deus vel primis parentibus, vel nobis peccantibus necessitatem peccandi intulit: cum homo primus liberrima voluntate lapsus sit, in quo nos omnes peccauimus. 1. Tim. 2  
Psalm. 5  
Rom. 5

37. Viuo ego, inquit, nolo mortem peccatoris: sed vt conuertatur & viuat. Non est voluntas patris, vt pereat vnus de pusillis, qui credunt. Ezech. 18. 33  
Matth. 18

38. Ignorant itaque homines illi gratiam Dei ineffabilem, qui misit filium coessentialem, ab aeterno a se genitum, in plenitudine temporis ex muliere, factum legi obnoxium: vt eos, qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem acciperemus, & omnis qui credit in eum, non periret: sed haberet vitam aeternam. Psalm. 2  
Gal. 4  
Ioan. 6. 3

39. Assumpsit autem corpus & animam, vt vtrumque redimeret: id quod Photinus & Appollinaris negarunt. Naz. in natiu.

40. Hæc de missione filij, quando a nobis dicuntur, non intelligimus ipsum a Patre & Spiritu sancto habere separatam essentiam: cum tres ille distincte persone sint vnus essentia Deus. Ioan. 14  
Marc. 12  
Eph. 4  
Deut. 6  
1. Tim. 2  
1. Cor. 8

41. Et si enim alij sunt multi Dij: quemadmodum quidam: vt Valentiniiani triginta finxerunt: Gentes innumeros: Epicuræi nullum esse persuasum habent: Manichæi duos: alterum bonum, alterum malum: Marcion προνομον κακα, causam mali, inconstantem: & Πληρωμα δαυτα, priori contrarium: nos tamen sacris innixi literis, vnum, aeternum, Opt. Max. credimus. Lib. 1. Trip. hist. c. 13. 14  
15. li. 2. c. 9.  
8. c. 1. 3. c. 10  
Hist. Eccl. 7. c. 5. l. 1. ro. ca. 29

42. Trinitati contrariantur: Arius, filium verè & natura Deum, negans: Sabellius vnam tantum personam, & Trinitatem tantum in nominibus non in rebus ac subsistentijs distinctis subsistere, asserens: Mahometista: Seruetus renouans Samosatensium hæreses: Photinus & alij. In 7. libell. de errorib. Trip. lib. 5. cap. 6

- Prouer. 8  
 Mich. 5  
 1. Ioan. 5  
 Ioan. 1  
 1. Cor. 1  
 43. His contradicit Spiritus sanctus, vocans Filium sapientiam, quæ  
 est æternus Patris Filius: egressus eius ab initio & à diebus seculi: vt simus  
 in vero eius filio Iesu Christo: hic est verus Deus & vita æterna. Ipsemet  
 dicit: se ab æterno cum Deo: per se omnia condita.
- Trip. lib. 5.  
 cap. 41.  
 44. In persona tertia errauit Arius, eã seruũ Patris appellans: Eunomi-  
 us Arii dogma propugnans: Macedonius creaturam Spiritum S. asserens.
1. Cor. 12  
 45. Diuus aut Apostolus longè aliter nos edocet dicens: Nemo potest  
 dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: diuisiones gratiarum sunt,  
 idem autem Spiritus: Et diuisiones ministrarionum sunt, idem autem  
 Dominus. Et diuisiones operationum, idem autem Deus, qui operatur omnia  
 in omnibus, quo loco essentielle Dei nomen, Iehouah, S. S. tribuitur.
- Gen. 3. 12  
 Esa. 7  
 Ioan. 1  
 Rom. 1  
 Gal. 4  
 46. Marcionis & Manichæi hereses, filium Dei spiritualem carnem  
 cœlitis in vterum Mariæ Virginis detulisse, & per eam, sicut aqua per  
 canalem fluit, transfisse, Prophetæ & Apostoli satis perspicuè refutant:  
 vocantes eum semen mulieris, Abrahæ, virginis filium, Immanuelem, in  
 carne nostra Deum, Verbum carnem factum, factum ex semine Dauid  
 secundum carnem, factum ex muliere, quod etiam ex proprietatibus hu-  
 mane natura patet.
1. Ioan. 5  
 47. Tres itaq; sunt, qui testimonium perhibent: Pater, Λόγος,  
 Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.
1. Cor. 2  
 A Cor. 20  
 48. Ipsum autem Dei filium, (contra Valentinianos: negantes ipsum  
 ex Mariæ Virgine: & Manichæos, simulatè assumpsisse statuentes) verè  
 incarnari, opus fuit: quia infinitus Deus offensus, infinitam peccatorum  
 pœnam, & perfectam legi debitam obedientiam requirebat: quam pu-  
 rus homo prestare non potuit. Vnde Deus passus: & suo sanguine Eccle-  
 siam redemisse dicitur.
- Rom. 8  
 49. Hinc Apostolus: Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur  
 per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati,  
 de peccato damnauit peccatum: vt iustitia legis impleretur in nobis.
- Ioan. 1  
 1. Tim. 3  
 50. Duæ illæ natura, diuina æterna & humana inenarrabili ac im-  
 peruestigabili modo vnita sunt: vt vnum constituent ἕψωμῶν:  
 neque in æternum separentur.
51. Nulla autem hæc est fingenda crassa conglutinatio, qua res natu-  
 rales & corporea mutuo contactu sibi inuicem extremitatibus iungantur,  
 aut complexu aliquo inuicem includantur, aut misceantur.
- Ioan. 14  
 52. Neg, etiam sola Diuinitatis presentia in homine Christo desiniri  
 potest inseparabilis & perpetua personalis vnio. Deus enim etiam in An-  
 gelis

gelis & beatis hominibus est, à quibus in æternum non separabuntur: cum 1. Thes. 4  
quibus tamen personaliter vnitus dici non potest.

53. Hallucinantur autem, qui verbalem & Grammaticam naturam, earumq; idiomatum, in Christo communionem introducunt: quæ homini Christo, seu humanitati eius, præter maiestatis, quæ diuinitatis propria est, nomen, nihil tribuunt: veritate rei denegata. Quæ ratione non plus dignitatis & eminentia in natura Christi humana inesset, quam in quibusuis alijs hominibus.

54. Res enim omnes creatæ, visibiles & inuisibiles, quicquid sunt, à Deo habent: à quo, præsertim in ipsis, fouentur, & sustentantur. Ephes. 4  
A Cor. 17

55. Reijcienda quoq; illorum opinio: qui statuunt, Christo quidem multa, magnaq; communicata: non autem omnia diuinitatis dona: quo modo in sanctorum Angelorum ordinem redigeretur.

56. Sacra enim Scriptura omnem ei in cælo ac terra potestatem datam pronunciat. Omnia, dicit Psaltes, sub pedibus eius subiecisti: constituens eum ad dexteram in cælestibus super omnem principatum ac potestatem, & dominium, & omne nomē, quod nominatur non solum in hoc, sed etiam futuro seculo, Matt. 28  
Psal. 8  
Ephes. 1

57. Non enim ad mensuram dedit filio Spiritum: Pater diligit filium: & omnia dedit in manus eius. Ioan. 3

58. Diligenter autem notandum discrimen inter communicationem Idiomatum humane nature, & communicationem Idiomatum diuine: quæ propter eandem humane adscribuntur.

59. Et si enim mutua & reciproca est: alia tamen atq; alia propter naturarum diuersitatem eius ratio est: quod diuina propter immutabilitatem nihil perfectionis, vel imperfectionis accedere possit: humana vero, quæ mutabilis est, in summam sublimitatem exaltata sit.

60. Sic quoq; quoad præsentiam personæ Christi in terris, non fingenda est Christi hominis eiv:  $\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\lambda\gamma\alpha$ , quæ sit à Diuinitatis præsentia separata: cum in ipso omnis plenitudo Deitatis corporaliter habitet. Col. 2

61. Hac vera ac reali plenitudinis omnis diuinitatis communicatione, natura humana cum diuina non miscetur aut aboletur: sed quod diuina natura ex se, per se, ex sua natura, proprietate sua natura, habet: id  $\kappa\alpha\tau'\ \alpha\lambda\omicron$ , propter Vnionem, humana communicatur.

62. Non. n. ita vnita est Diuina natura humane, vt nihil eorū, quæ Diuinitatis propria sunt, eidem comunicet: cum comunicatio Idiomatū definitionem Vnionis Personalis ingrediatur: eamq; verè factam esse, demonsret.

63. Errat ergò Nestorius, qui Idiomatum communicationem non intelligens, concedere noluit natura humana, propria Diuina Natura in concreto attribui posse per participationem: quem errorem etiam Zyuliani & Caluini hodie profitentur & defendere conantur.

Luc. 1  
1, Cor. 2  
Actor. 20

64. Expresse enim Angelus dicit: quod ex te nascetur, filius Altissimi vocabitur. Si Dominum gloriae agnouissent, non crucifixissent. Deus suo sanguine Ecclesiam acquisiuit.

65. In altero extremo peccauit Eutyches, qui in Christo Redemptore nostro post Vnionem non duas: sed vnā duntaxat naturā prædicari debere asserens: carnem eius naturā similem negans: humanitatem à Diuinitate absorptam & Deificatam, opinatus est: quem & Schvuenckfeldius, non concedens Christum post glorificationem creaturam esse, sequitur.

Ioan. 1  
Ephes. 1  
Matt. 28  
Ioan. 3

66. Hunc errorem perniciosum multa sacra Scriptura illustra impugnant testimonia, Verbum carnem factum: filium Mariæ ad dexteram Dei sedere: cui data omnis potestas in cælo & in terra: cui Pater omnia dedit in manus: eaq; omnia secundum humanam naturam: cum secundum diuinam omnia habeat. Hinc Ecclesia canit: Hodie Deus homo factus: & quod erat, permansit: & quod non erat, assumpsit.

Col. 3

67. Et ita illa communicatione perfectionis, humana natura à diuina non absorbetur: sed exornatur: propter quod ad dexteram Dei sedere dicitur, & super omnia exaltata: & ita non absoluta & sic: sed ἐξ ὅσων, non essentiā: sed communicatione potentiæ, humanitatem Diuinitati exæquamus.

Exod. 15  
Psal. 118. 18.  
77.  
Esa. 48  
Ephes. 1

68. Dexteræ verò Dei non significat certum locum: quia apud Deum nec dextrum, nec sinistrum: sed infinitam, & immensam Dei potentiam, sapientiam, virtutem, maiestatem.

Ephes. 4

69. Propter illam communicatam humanæ naturæ omnipotentiam, cælum & terram, etiam quatenus homo est, implere dicitur.

Matt. 18. 28

70. Cum enim omnipotentia Dei & ipse Deus sint vnū, & nunquā separentur: hæc verò communicata natura humana: quomodo ἐξ ὅσων Dei aliquibus rebus adesse posset, à quibus vel Diuina, vel humana Diuina vnita, esset separata?

Ioan. 3  
Col. 2

71. Vbiq; enim Deus est, ibi totus est, cum humana quoq; natura: cum Vnio definiatur communicatione: quod omnis plenitudo Diuinitatis in ipsa inhabitet corporaliter.

72. Et quoniam triplex corporis Christi consideratio: Physica, qua  
 proprietatibus & affectionibus naturalibus praditum fuit: altera, qua  
 iam est glorificatum corpus: & maiestatis, secundum hanc in consortium  
 Diuinitatis assumptam, & maiestatis eiusdem participem enunciamus,  
 quamuis eam Diuina natura per se, humana propter Vnionis mysterium  
 habeat.

73. Quemadmodum ergo homo Christus à plenitudinis Dei inhabita-  
 tione corporali accepit omnem potestatem super omnia, quæ & in cælo,  
 & in terra sunt: ita & modum, quo rebus omnibus, quibus præest, etiam  
 adfit.

74. Hanc ob causam, etiam quatenus homo, secundum sacram Scri-  
 pturam adoratur. Adorabunt eum omnes Reges terra, omnes Gentes ser-  
 uient illi: omnes Gentes deprecabuntur eum: adorent eum omnes Ange-  
 li eius.

75. Quaquam verò plenariam omnium potestatem acceperit, & in  
 forma Dei fuerit: non tamen rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo: Phil. 2  
 sed euacuauit se, formam serui sumens, & habitu, vt homo, inuentus.

76. Quoad officium eius, Rex, Sacerdos, & mundi Saluator est.

77. Constitui Regem meum super Sion, montem sanctum meum. Rex  
 tuus venit tibi iustus: Dabit imperium Regi suo, & sublimabit cornu  
 Christi sui.

78. Malè faciunt autem Iudæi, qui sibi mundanum Regnum imagi-  
 nantur. Item Nepos cum Chiliastris, mille annis ante rerum consumma-  
 tionem, antequam in regnum cæleste traducerentur Christiani, in mun-  
 do dominaturum.

79. Huic etiam Regno contrariantur Diabolus & Antichristus Pon-  
 tifex Romanus, homo peccati & filius perditionis, qui est aduersarius &  
 & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut colitur: sedens in tem-  
 plo Dei, ostentans se, tanquam Deus: vocans se Episcopum vniuersalem:  
 quod vel solum certissimum, secundum Gregorium I. Sedis Romana Epi-  
 scopum, Antichristi signum est.

80. Sacerdos est, qui vnica oblatione consecrauit in perpetuum eos,  
 qui sanctificantur.

81. Saluatorem ipsum nobis Esaias depingit: Verè languores nostros  
 ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: vulneratus est propter iniqui-  
 tates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostra su-  
 per eum, & liuore eius sanati sumus.

- Dan. 9. Hanc ob causam in mundum missus est, non, vt dominaretur: sed vt inferuiret, & pateretur: ac patiendo genus humanum Patri suo reconciliaret.
- Matth. 20. 83. Dicit. n. ipse, non venisse filium hominis, vt sibi ministraretur: sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.
- I. Pet. 2. 2  
Ephes. 1. 2  
Colos. 1. 84. Idem traditus est Iudeis, casus, crucifixus, ad inferos descendit, mortuus atq; sepultus.
- Psal. 68. 85. Resurrexit, & ad caelos ascendit: vt ostēderet, se in caelis quoq; habere potestatem, rediturus ad iudiciū vltimo die, iudicare viuos ac mortuos.
- Astor. 1  
Matth. 25  
I. Theff. 4. 86. Hinc Apostolus dicit: ipsum traditum propter peccata nostra: & resurrexisse propter iustificationem nostri.
- Rom. 8  
2. Cor. 5. 87. Hoc modo pœnas peccatorum Christus Redemptor sustulit: victima pro nobis factus.
- Qua omnia quam fidelissimè apud animos nostros sunt deponenda: cum fructus amplissimus illarum rerum præstantissimarum in nos redundet.
- Ioan. 3. 6. 89. Si enim hac beneficia vera in Christum fide amplexi fuerimus, nobisq; applicauerimus: verè iusti pronunciamur, & haeredes vitæ aternæ efficiemur.
- Rom. 3. 90. Testatur enim Propheta: quòd seruus Domini iustus cognitione sui iustificaturus sit multos: cum iniquitates eorum portauerit.
- Esai. 53. 91. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat: sed habeat vitam aternam.
- Ioan. 3. 92. Et quod ex gratia, & mera Dei misericordia, illa nobis contingant: ex illustribus Pauli testimonijs patet: quibus gratiam & mercedem: donum ac meritum: opera & gratiam, vt prorsus contraria, opponit: quorum alterum tollat alterum.
- In Epist. ad Ro. & Gal. 93. Ei enim qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam: sed secundum debitum: ei verò, qui non operatur: sed credit in eum, qui iustificat impium, fides sua imputatur ad iustitiam.
- Rom. 4. 94. Quod si per gratiam, iam non ex operibus: quandoquidem gratia iam non est gratia: sin ex operibus, iam non ex gratia: quandoquidem opus iam non est opus.
- Rom. 11. 95. Si per Legem est iustitia, Christus frustra mortuus. Gratia estis seruati, idq; nõ ex vobis: per fidem: Dei donum est, non ex operibus: ne quis glorietur.
- Gal. 2. 96. Improbanda ergo & damnanda Sophistarum, ac Monachorum opinio

opinio: qui docuerunt, Patriarchas, Legis nature: Israelitas, Legis Mosai-  
ca: Christianos, legis nouæ Euangelicæ perfectioris, quàm Christus le-  
gislator tradiderit, obseruatione, iustificatos & saluatos. Nulla enim Matth. 7  
noua lex in nouo Testamento proponitur: sed legis explicatio, à Phariseis  
olim, & hodie à Papiſtis deprauata in eo continetur.

97. Errat etiam Schyuenckfeldius, qui falsò persuasus fuit, homini  
regenerato non solum non impossibile: sed etiam facilimum esse, præce-  
ptis Dei satisfacere: quemadmodum & Anabaptista perfectionem ope-  
rum, que Deus in nobis agat, fingunt.

98. Nam quòd ad iustitiam imputatiuam, qua coram Deo credentes in  
Christum iustificantur, non perineant qualitates, aut opera nostra: sed  
prorsus excludenda sint: Paulus illis exclusiuis docet: absq; lege: absque  
operibus Rom. 3. Gal. 2. Gratis: Dei donum est: non ex operibus. Gal. 2.  
Rom. 3. Tit. 3.

Rom. 3.  
Ephes. 2.

99. Quibus, cum reliquis Patribus sincerioribus, Augustinus consen-  
tit: gratiam Christi, sine qua nec infantes, nec atate grandes salui fieri  
possunt, nõ meritis reddi: sed gratis dari: ppter quod & gratia nominatur.

Aug. de na-  
tura & gra-  
tia contra  
pel. cap. 7.

100. Toto ergò cælo Papiſtæ errant, qui in iustificationis negotio, meri-  
to Christi perfectissimo opellas nostras imperfectissimas adiungunt: imò  
absolutè mereri pronunciant.

In Cenſ.  
Col. Ief.  
Tho. Aqu.

101. Male factum etiam in eo, quòd neglecto vnico inter Deum & ho-  
mines Mediatore à Deo Patre misso, D. Virginem Mariam in locum filij  
Dei substituunt: quam Dominam omnipotentem vocant: cuius pedes,  
quibus Antiqui serpentis caput calcauerit, adorentur.

102. Hinc Psalterium, Epitome Bibliorum totum corruptum ad Ma-  
riam translatum: Litania ad ipsam directa: Ave Maria cum pulſu cam-  
pane quotidie decantata, additis à Pontifice Indulgentijs.

103. Venire quoque debere ad ipsam omnes, qui laborant & onerati  
sunt: vt det refrigerium & solatium animabus: sedere eam ad dexteram  
Dei: Deum omnes gratias faciendas ipsi commississe: quòd sit lumen ad re-  
uelationem Gentium: mediatrix inter Deum & nos, saluationis, coniun-  
ctionis, iustificationis, reconciliationis, intercessionis, communicationis.  
Vnde & Hortuli Anime: Rosaria: processiones solennes, & in genus alia  
infinita.

Ex Antid.  
Animæ:  
Bernhardi-  
nus in suo  
Mar.  
Ex cursu ho-  
rar. Mar. V.

104. Contra Christus Saluator, inquit, venite ad ME, omnes, qui la-  
boratis & onerati estis, Ego reficiam vos. Ego torcular calcaui solus, & de  
Genti-

Matth. 11.  
Esa. 63.



- Esa. 42.  
Psaln. 50  
Exod. 20  
Deut. 6  
Esa. 43  
Ioan. 6
- Gentibus non est Vir mecum: gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus. Inuoca me in die tribulationis, ego eripiam te: non habebis Deos alienos prater me. Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles: ego deleo iniquitates tuas: quicumq; venit ad me, eum non eijciam foras.*
- Esa. 52. 6r
105. Hoc est latum nuncium, quod nos in summis & corporis & animæ discriminibus constitutos erigit, de quo Petrus: quod sit sermo, quem misit Deus filijs Israel, annuncians pacem per Iesum Christum, qui omnium Dominus: cui testimonium ferunt omnes Prophetæ, quod remissionem peccatorum accepturus sit, quisquis in eum crediderit.
- Actor. 16
106. Hæc maxima bona per veram in Christum fidem nobis applicantur, vt quamuis mali simus naturâ: imputatione tamen Christi meritorum in conspectu Dei Patris & simus & habeamur iusti.
- Ephes. 2  
1. Ioan. 1.3
107. Hæc quod ita sese habeant: Paulus suo exemplo declarat dicens: se misericordiam consecutum, vt Christus ostenderet omnem clementiam: ad exprimendû exemplar ijs, qui credituri essent in ipsum ad vitâ æternâ.
1. Tim. 1  
Gal. 2
108. Ad Galatas de sua aliorumq; Iudeorum fide: Et nos in Christum Iesum credimus, vt iustificemur ex fide Christi.
- Actor. 15
109. Et de Gentibus Petrus: Deus testimonium perhibuit illis: dans eis Spiritum sanctum, sicut & nobis: nihilq; discreuit inter nos & illos cum fide purificauerit corda illorum.
- Rom. 9  
Gal. 2  
Rom. 2.3.4
110. Gentes qui non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: Iustitiam autem eam, quæ est ex fide. Scimus quod non iustificetur homo ex operibus Legis, nisi per fidem Iesu Christi. Iustificati gratis per gratiam ipsius sine operibus Legis.
111. Frustra ergo sancti constituti sunt à Pontificijs opitulatores, illiq; templa dedicata distributis officijs inter illos ad certas necessitates, ad quorum imagines factus concursus, & imagines adoratæ. Hinc ordines Monachorum innumerabiles, opera supererogationis superflua vendentes, receptis mundi opibus.
112. Frustra etiam Missæ sacrificium celebratur in hunc finem, vt reconciliationem cum Deo miseri homines consequantur.
113. Impingunt etiam grauisimè Nouatiani: opinantes, lapsos post Baptismum nequaquam recipiendos: cum tamen Christus pro omnibus totius mundi peccatis satisfecerit: & sanguis Christi nos ab omni, quantumcumq; sit, peccato, credentes in ipsum mundet. Ipse redimet Israël ab omnibus iniquitatibus eius.
1. Ioan. 2  
1. Ioan. 1  
Psaln. 130.
114. Dica-

114. Dicamus ergò nos cum patribus sincerioribus, vnã fidem iustifi- Leo ser. 14.  
cave vniuersorum temporum sanctos. de nat.

115. Et quoniam fides sperandarum substantia, & non apparentium Heb. 11.  
argumentum quotidie à Diabolo, mundo, carne nostra propria varijs ten-  
tationibus percellitur: confirmetur subindè in angustijs illis & discrimini-  
bus necesse est.

116. Hanc ob causam Christus noster dulcissimus Sacramenta insti- i Ioan. 5  
tuit: & in illis cum omnibus suis beneficijs seipsum nobis offerens, fidem no-  
stram labascentem & infirmam, erigit atq; confirmat.

117. Hinc Paulus dicit, Abrahamũ signum circumcisionis, signaculum Rom. 4  
Iustitiæ fidei accepisse: hoc est, testimonium & diuinum sigillum, quo De-  
us, tanquam literis, testatus, eum esse in gratia.

118. Huic circumcisioni in N. T. Baptismus successit, qui est lauacrum Col. 2  
regenerationis & renouationis in Spiritu sancto: quẽ effudit in nos abun-  
dè per Iesum Christum: cum iustificati ipsius gratia hæredes simus secun- Tit. 3  
dum spem vitæ æternæ.

119. Nam quia omnes in peccatis concipimur, ac nascimur, & ita na- Psalm. 51  
tur à filij iræ, ac inimici Dei: sanguine suo nos Christus, etiam infantes cre-  
dentes, in Baptismo lauans, mundos ac immaculatos reddit. Ephes. 2  
1. Ioan. 1  
Col. 1

120. Hinc D. Apostolus dicit: Christum dilexisse Ecclesiam, & seipsum Ephes. 5  
tradidisse pro ea: vt illam sanctificaret: mundans eam lauacro aquæ in  
verbo, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut  
rugam aut aliquid eiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata.

121. Hoc modo ciues cælestes reddimur, participes veræ fœlicitatis, Phil. 3  
omniumq; bonorum cælestium.

122. Inter illa bona haud postremum, quodd saluator proprium suum Matth. 26  
in cruce pro nobis oblatum corpus ac sanguinem in remissionem peccato-  
rum effusum, sub pane ac vino manducandum ac bibendum, in mysterio  
tamen, communicat. Mar. 14  
Luc. 22  
1. Cor. 11

123. Sacramentale autem hoc corpus vocamus, non quodd duo vel plu-  
ra Christi corpora sint: naturale, gloriosum, in maiestate constitutum  
& Sacramentale: sed quodd alio modo idem corpus Christi in cœna præ-  
senti sit, quàm quo in cruce passum est.

124. Nullo ergò modo dubitandum est, hac ratione corpus Christi cœ-  
na vrentibus dignis & indignis, id quodd Zvingliani negant, longè præ-  
sentius adesse: quàm ipsum ministrum, per cuius manum hoc Sacra-  
mentum dispensatur.

125. Quemadmodum enim Diuinitas res conditas non extra se intuetur: quod indigentia esset argumentum: sed in seipsa: in qua sunt, ratio tribuit vnio personalis & sessio ad dexteram Dei, vt non eminens aliquid adspectat: sed in se presentem habeat rerum omnium veritatem.

126. Hinc Lutherus comparationem inter humanitatē Christi cui se λόγος communicauit, & oculum humanum, qui ab anima informatur, insituens, dicit: cum oculus humanus corporis minutissima pars propter informationē anima totū hemisphaerū in momento apprehendere possit: multo magis admiranda opera, aliā Deitatis propria, propter communicationem Idiomatum diuinae naturae, humanae assumpta adscribenda.

127. Hæc quia se ita habent: non offendere nos debet varietas phrasium, quibus in huius mysterij descriptione vtimur, dum corpus Christi in pane, sub pane, cum pane, distribui dicimus.

128. Cū enim ratio dexterae Dei sit ineffabilis, qua modum ineffabilem quoque corpori Christi tribuit: quatenus illud in summa maiestate collocatum, qua est super omnia, in omnibus & per omnia: humana lingua propter intellectus nostri imbecillitatem balbutire cogitur.

129. Damnanda autem prophanatio Cænae Dequinica horrenda ad Missarum nundinationes: in quibus se sacrifices offerre iactitant pane consecrato, & in Christi corpus mutato, sacrificium verè propitiatorium pro peccatis viuorum, suis, & aliorum, & mortuorum: pro redemptione ex purgatorio fictitio, spectrorum apparitionibus comprobato.

130. Reijcienda pari ratione Scholasticorum Doctorum opinio: Sacramenta vtentibus ex opere operato conferre gratiam: si modò non quis obicem ponat. Nam Sacramenta propter promissionem diuinam, si fide percipiuntur, conferunt gratiam: & augent dona Spiritus sancti in nobis.

131. Errant etiam Zuingliani, qui verba Cænae tropicè intelligenda esse: & pane ac vino, corpus & sanguinem Christi duntaxat significari, asserunt.

132. Confirmata autē fides nostra corpore & sanguine Christi vera, qua sunt viuificus cibus ac potus, non est ociosa: sed sese exerit, bonos fructus, preces, gratiarum actionem, patientiam in calamitatibus, & alias virtutes proferens.

133. Quæ vt faciamus tota sacra scriptura hortatur. *Conditi enim sumus*

Matth. 7.  
Iacob. 2.

sumus ad bona opera: cum finis præcepti sit charitas ex puro corde, conscientia bona, & fide non simulata.

Eph. 7.  
I. Tim. 17.

134. Qui timent Dominum credunt verbo eius: & qui diligunt ipsum, seruant mandata eius. Qui timent Deum, faciunt, quæ placent illi: & qui diligunt eum, verè seruant legem.

Syrach. 2.

135. Quamuis enim à causis iustificationis propter imperfectionem bona opera excludamus: nihilominus tamen illa propter plurimas causas faciendæ.

136. Pœnitentia enim est salutaris hominis peccatoris ad Deum conuersio, qua agnitis peccatis ex lege Dei, de ijs dolens, fide concepta ex Euangelio dulcissimo in Christum se erigit: quam sequuntur bona opera pœnitentibus digna.

Matth. 5.  
Marc. 1.

137. Pontificij tres esse partes pœnitentia opinantur, contritionem cordis: confessionem oris: & satisfactionem operis: quas alteram post naufragium tabulam appellant: qua peccantes, & gratia Dei excidentes cum Deo in gratiam redire possint: vbi nullam trib. illis partibus faciunt mentionem Christi Mediatoris, per quem solum Deo Patri reconciliamur: omittentes fidem, sine qua impossibile est placere Deo: omnium quoque peccatorum enumerationem, id quod impossibile est, faciendam docent.

138. Hanc pœnitentiam, vt & coniugium & ordinem, cum nullum habeant elementum diuinitus institutum, cum confirmatione & extrema vnctione, promissionem gratuita Dei misericordie non habentia, à numero Sacramentorum excludimus.

139. Pœnitentiam autem veram requiri Christus & Apostoli docent. In omnem regionem dicit D. Paulus, Iudææ, & gentibus, annunciaui: vt pœnitentiam agerent: & conuertent se ad Deum: opera facientes digna ijs, qui respuerunt.

A&. 26.

140. Hac sunt sacrificia Noui Testamenti, de quibus loquitur D. Apostolus: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationalem cultum vestrum.

Rom. 12.

141. Quæ omnia, vt rectè administrantur Deus sibi omni tempore Ecclesiam collegit, quæ fidelissimus illarum rerum præstantissimarum custos

est: id

est: id quod ex historia sacra, & continua sanctorum Dei hominum successione, patet.

1. Pet. 2      142. Hinc Iudei atq; aded omnes Christiani, genus electum, regale  
 Exod. 4      Sacerdotia, gens sancta, populus acquisitus, filius primogenitus, dicitur.  
 Gen. 12. 15.      143. Illum collegit per apparitiones & reuelationes peculiare per  
 18. 22. 28.      ministerium Prophetarum, Regum, Christi ipsiusmet, Apostolorum, alio-  
 Exod. 3. 4.      rumq; piorum Ecclesie ministrorum, sincerum Dei verbum pure docen-  
 19. 20.      tium: miracula item, quibus doctrina confirmata.  
 2. Sam. 23      144. Vocantur ad illam omnes nationes. In semine tuo benedicentur  
 Act. 2. 3      omnes Gentes: omnes Gentes, quasq; fecisti, venient, & adorabunt  
 Ioan. 20      coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.  
 Gen. 12. 22      145. Et quod nulli certo loco alligata esse debeat, Petrus testatur, in-  
 Psalm. 68      quiens: Re ipsa comperio, quod non sit personarum respectus apud Deum:  
 Act. 9      sed in quauis Gente, qui timet ipsum, acceptus est illi.  
 Act. 2      146. Vobis facta est promissio (de Iudeis loquitur) & filijs vestris: atq;  
 Rom. 1      omnibus, qui longè sunt, quoscunq; aduocauerit Dominus Deus noster.  
 Matth. 13      147. Euangelium enim est potentia Dei, ad salutem omni credenti,  
 1. Cor. 3. 15      Iudeo primùm ac Græco.  
 Matt. 16. 28      148. Quia verò multi hypocrita & impij interdum sese insinuant &  
 Ioan. 20      scandala præbent: docendi, monendi, corripiendi, & pro diuersitate cir-  
 Ephes. 1. 5      cumstantiarum, excludendi quoq; sunt.  
 Col. 1      149. Fit autem illud per ordinariam potestatem Ecclesiasticam: que  
 Ephes. 4      Apostolis & omnibus eorum legitimè vocatis successoribus, à Christo qui  
 1. Tim. 4      vnus & solus est caput Ecclesia, data est.  
 Rom. 10      150. De hac vocatione loquitur Paulus: Dedit alios Apostolos, alios  
 151. Maxima ergò beneficia ministri donis necessarijs ad diuinum il-  
 lud munus instructi, & legitimè ab ijs, qui illam potestatem habent, vo-  
 cati, in vniuersum genus humanum conferunt: quamuis à plerisq; in hoc  
 mundo contemnantur.  
 152. Hac autem potestate abusus est Antichristus ad exhauriendos  
 mundi thesauros, prohibens coniugium ac cibos, quos Deus creauit: sa-  
 tisfactionem operum à Deo nou mandatorum requirens: arrogans sibi cla-  
 uem

uem scientia ac potestatis, nullis legibus & finibus circumscriptam: qui, quod vult, regna etiam mundi transferre, ac Imperatoris pro sua libidine deponere, prestare possit: habens omnia iura in scrinio pectoris sui.

153. In defectu peccant, Donatista, Anabaptista & Schvuenckfeldius, quorum hic cum Enthusiasticis, negavit virtutem verbi predicati & Sacramentorum: cum Spiritus sanctus intrinsecus doceat. Cui repugnat Paulus dicens: Deo placuisse, per stultam praedicationem saluos facere credentes: illi verò malorum ministrorum ministerium efficax esse negant: nullos malos Ecclesia vere admixtos opinantes: fingentes sibi cum Schvuenckfeldio talem Ecclesiam, qua nunquam in his terris reperta: cum semper mali bonis admixti.

1. Cor. 1

De Don.  
Aug. Ep. 68.  
& 166.  
Matth. 13.

154. Hec de infirmitatibus Christianorum in Ecclesia vera quando à nobis dicuntur: non aperimus fenestram hominibus malis scandala dantibus, & libertate Christiana ad omnis generis scelera abutentibus, quos repudiamus: verum illam ad liberationem ab hostibus Spiritualibus, damnatione Legis, & tyrannide Diaboli, mortis ac inferni imperio: ad caerimonialia Mosaica & traditiones humanas, quibus Deus frustra colitur, restringimus.

Ioan. 8.  
Gal. 4. 5.  
Rom. 8.  
Gal. 3.  
Matt. 11. 15.

155. Porro, vt commodior sit in Politia viuendi ratio, Magistratus à Deo datus, qui impios & improbos pœnis coherceat, pios verò & bonos præmijs afficiat.

Gen. 9.

Rom. 13.

156. Hunc statum Anabaptista tollere conantur, negantes etiam, licere iudicia exercere, secundum leges ciuiles ius dicere: iuramentum legitime à Magistratu delatum præstandum, præstitum seruandum: contractus ac rerum proprietatem, sed omnia debere esse communia: qua refutatione non indigent.

157. Quod Magistratus in Ciuitate, parens in Oeconomia præstat: que non minus, quam ceteri vitæ ordines, Deum authorem habet.

Gen. 2. 9.

158. Hisce omnibus gloria Dei nostri & vtilitas proximi, tanquam vltimus finis, ad quem omnia referri debent, proposita est.

1. Cor. 10.

159. Et quia in his versantibus, Diabolus dies noctesq; insidiatur: in ministerium horum Angeli dati sunt, vt curam eorum quam fidelissimam habeant.

1. Pet. 5.  
Iob. 1. 2.  
Psalm. 91.  
Heb. 1.  
Matt. 18.

160. Huius Spiritus mali instrumenta sunt Heretici, quos magno numero omni tempore, vt Ecclesiam, Politiam & Oeconomiam perturbant, excitauit.

1. Reg. vlt.  
Dan. 10.

- Psal. 27. 73. 161. Quamuis verò vt plurimum in hoc mundo p̄s imp̄j feliciores  
 2. Cor. 1. videntur: non tamen p̄j offenduntur, corripiente Domino bonos, ne cum  
 1. Pet. 4. hoc mundo pereant: improbos verò clementia sua ad p̄nitentiã inuitat.
1. Cor. 11. 162. Circumferunt enim p̄j, quamdiu in hoc mundo viuunt veterem  
 Esa. 18. 29. Adamum, qui nisi frenetur, ad omnis generis peccata incitat. Vnde Da-  
 Rom. 7. uid: Bonum mihi Domine, quòd corripuisti me, vt discerem iustificationes  
 Psal. 119. tuas.  
 Ieremi. 31.
- Iohan. 3. 163. Hanc ob causam castigantur, & tandem ipsi quoq; morti obij-  
 ciuntur: quia tamen propter Christum ipsis non obest.
- Gen. 3. 164. Quamuis enim sepeliantur: in sepulchris tamen retineri non pos-  
 Iob. 19. sunt: sed tandem propter Christum victores euadunt.  
 Esai. 62.
1. Cor. 15. 165. Resurgent enim in vltima die eadem illa ad numerum corpora,  
 quibus Anima in hoc mundo predata fuerunt: longè tamen aliter sese ha-  
 bentia, quòd ad proprietates attinet, quamuis ratio humana, Epicuræi,  
 Sadducei, & alij illam negent.
- Luc. 22. 166. Dies ille, quem ante fores esse, multa signa & prodigia decla-  
 Matth. 25. rant, ostendit: pios verè felices.
- Ibidem. 167. Congregabuntur enim p̄j, qui verè in Christum crediderunt,  
 Iohan. 6. fidemq; suam omnis generis bonis operibus declararunt, ad vitam eter-  
 nam: imp̄j verò damnabuntur: id quòd ex multis sacra Scripturæ testi-  
 monijs patet.
168. Neq; præter hos duos locos tertius quidam (de quo Papiſta fabu-  
 lantur, & Purgatorium vocant) vel Philosophicis, vel Theologicis ratio-  
 nibus probari potest.
169. Hec itaq; vna ac sola doctrina est, qua homines peccatores sua  
 1. Tim. 1. naturã inimici Dei, remissionem peccatorum per fidem veram in Christi  
 meritum consequi, omniumq; bonorum cœlestium participes fieri possunt.
170. Quæ quia ex viuis & limpidissimis Israelis fontibus hausta, &  
 ex iisdem comprobata: firmissimè corde credimus ac ore confitemur.  
 A Eternus Deus in illa fidei simplicitate contra omnes furores Diaboli &  
 hominum peruersorum machinationes ad extremum vita spiritum vsq;  
 nos paternè conseruet ac tueatur: vt & in hoc mundo per omne vita tem-  
 pus, & in illo beato aeo in æternum cum omnibus electis Redemptorem  
 nostrum cum Patre & Spiritu sancto laudemus & celebremus, Amen.

FINIS.

## CORRIGENDA

Prior num. thesin, poster. lin. notat.

19. 3. pro qua, lege qua. 35. penult. pro qua, l. qua. 23. in marg. pro  
 cau. l. can. 41. 4. leg. *κοσμοκρατορα*. 42. Marginal. (quæ incipi-  
 unt: Lib. 1. Trip.) ad hanc thesin referenda sunt omnia. 43. in marg.  
 1. Cor. 1. l. Col. 1. 48. 2. leg. simulatè carnem assump. 50. 2. l. *ἡμεῖς*  
*μενοι*. 63. 2. comma, quod post voculam (humanæ) positum est, leg.  
 post vocabulum (propria.) 65. 2. pro vnionem, leg. ascensionem.  
 101. 1. l. Male faciunt. 110. 1. pro qui, l. qua. 118. 3. pro cum, leg. vt.  
 138. 3. l. habentibus. 114. in marg. ps. 68. l. 26. 161. Esa. 18. 29. l. 26.  
 28. 165. Esa. 62. l. 26.



1734.044

OCN 68509482

1900

Journal of the

Proceedings of the  
General Assembly of the  
State of New York  
for the year 1900